

Y, 18.

4, 567.

VIRO MAGNIFICO  
 SVMME VENERABILI DOCTISSIMO  
 DOMINO  
 CAROLO CHRISTIANO  
 TITTMANNO

SS. THEOLOIAE DOCTORI SENATVS SVPREMI  
 ECCLESIASTICI DRESDENSIS CONSILIARIO AD AEDEM  
 CRVCIS PASTORI PRIMARIO ET CIRC. DRESD.  
 SVPERINTENDENTI SPECTATISSIMO

EX  
 ACADEMIA VITEBERGENSI DISCEDENTI

PIETATEM ET OBSERVANTIAM TESTANTVR  
 RECTOR AC COLLEGAE LYCEI VITEBERGENSIS.

---

VITEBERGAE D. XIII. SEPTEMBRIS MDCCLXXXIX.

---

LITERIS C. C. DÜRRII.



TITTMANNVS  
CAROLO CHRISTIANO

22. THEOLOGIAE DOCTORI SENATVS SVPRIMI  
ECCLIASTICAE DISCIPLINAE CONSILIO AD VBEREM

**E**xtollant alii, quos bellica virtus et ensis  
Laudibus aeternis tollit ad astra viros.  
Vis maior cantus stimulat pia pectora, maior  
Vir cantandus erit, Clarior ipse toga,  
**TITTMANNVS MAGNVS!** sancta pietate colendus,  
Quemque vocasse fat est, pondera Nomen habet.  
Qui maiore nitet victorum laude, triumphis  
Est multis potior, splendidiorque viget;  
Virtutem factis nitidis extendit et auxit,  
Ipsi perpetuo tempore viuunt honos.  
Viuitur ingenio, floret chartis inelyta fama,  
Haec monumenta Viri non peritura manent.  
Marmora quid profunt, titulis exstructa superbis?  
Mors venit et faxis, interitura ruunt!

Hinc non ignota rapiet sub nube vetustas  
TITTMANNI laudes, stat sine morte decus.  
Ingenio pollet, splendet et artibus illis,  
Quae radiat purae Religionis honor,  
Conscia mens recti, Quem Virtus candida ducit,  
Intemerata fides, Religioque pia.  
Suavis in ore vigor, vultuque affabilis omni,  
Sacrorum Praefes ter venerandus erat.  
Ceu placido cursu properat per amoena vireta  
Annis, et vberibus prata rigantur aquis;  
Sic doctrina potens, pariter vis grata leporis  
Attraxit mentes more ruentis aquae.  
Pectora sanantur vitis infecta nefandis,  
Virtutis monstrat, quae subeunda, viam.  
Quid? TE Religio lactis amplectitur alis,  
Et nomen tollit, VIR VENERANDE, TVVM!  
Vixisti meritis summis et honoribus auctus,  
Majores titulos iam TIBI fama refert.  
Sed, quo Musa ruis? cur grandia suscipis ausu,  
Dicere pro meritis facta corusca VIRI?  
Carminum, quae solum poterit describere digno,  
Fonte caballino qui rigat ora sacra.  
Sed voluisse fat est, animum non carmina Musa  
Iactitat, officii quae memor vsque sui.  
En! decet et fas est animi pia promere signa,  
Edere, TE quanta mens pietate colat.

Immeni prostant a TE documenta fauoris,  
Quae centum linguis non celebranda forent.  
TV Moderator eras blandus comisque Lycei,  
Et nobis Praeses ter pietate Grauis.  
Iam TE fata vocant! penetrabilia nostra relinquis,  
Altior et splendet sparta gerunda TIBI;  
Est vrbs, spumosis Albis deuoluitur vndis,  
Qua PATRIS PATRIAE regia sancta nitet,  
Hanc petis: en capies virtutum praemia larga,  
Hanc petis, vt Patriae commoda magna feras.  
Ast nos, queis porro non sub moderamine miti  
Esse licet, dabimus thura sacrata focis;  
Fundemus casti pro TE sanctissima vota,  
Vt, veluti rupes, stet stabilita salus.  
Sisque diu splendor patriae, columnenque TVORVM,  
Nobis dulce decus praesidiumque graue.  
Nos erimus grati; veteris documenta fauoris  
Ex animo nunquam sunt peritura pio.



Pon 24 1067  
20




f

TA-70L

an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

2  
101







VIRO MAGNIFICO  
 SVMME VENERABILI DOCTISSIMO  
 DOMINO  
 CAROLO CHRISTIANO  
 TITTMANNO

SS. THEOLOIAE DOCTORI SENATVS SVPREMI  
 ECCLESIASTICI DRESDENSIS CONSILIARIO AD AEDEM  
 CRVCIS PASTORI PRIMARIO ET CIRC. DRESD.

SVPERINTENDENTI SPECTATISSIMO

EX  
 ACADEMIA VITEBERGENSI DISCEDENTI

PIETATEM ET OBSERVANTIAM TESTANTVR

RECTOR AC COLLEGAE LYCEI VITEBERGENSIS.

VITEBERGAE D. XIII. SEPTEMBRIS MDCCCLXXXIX.

LITERIS C. C. DÜRRII.

